

Petri hyspani.

Septimo notandū. q̄ aliqui diuidūt p̄sequētiā in bonā consequētiā vt nunc. z in bonā p̄sequētiā simpliciter. Et dicunt q̄ p̄sequētiā bona vt nunc sit. que in se habet et explicat existētiā p̄sequētis. vt hō est animal. ergo iste homo est animal. demonstrando p̄ li iste hominem existētē z non ultra. Sed consequētiā simpliciter bona fm̄ eos est ista. homo ē ergo animal est. Sed notandum q̄ isti male diuidunt cōsequētiā bonā. vt nunc. z in bonā simplr. quia illa consequētiā que fm̄ istum modum dicitur bona vt nunc. non est bona sed mala. vt patet p̄ predictam consequētiā. om̄is hō est animal. ergo iste homo est animal. ista est mala consequētiā. nā stat in casu possibili. scz post mortē istius. q̄ aīns esset verū et consequens falsum. **O**ctauo notandū. q̄ om̄is consequētiā que nunc est bona semper p̄manebit bona q̄ diu fuerit stante eadem significatione terminorū. sed tamē multe sunt modo bone q̄ ante fuerunt male. vt patebit de ista. iohānes est. ergo aristoteles fuit. vel celū est. ergo colonia fuit pulchra ciuitas iste consequētiā iam sunt bone z sp̄ manebūt bone. sed nō sp̄ fuerūt bone. qz anteq̄ aristoteles fuit prima nō fuit bona. anteq̄ colonia fuit secūda non fuit bona. Et est causa quare iam bone sunt. qz vtriusq̄ consequēs est necessariū. ex quo vtriusq̄ consequens est propositio de p̄terito vera cuius cōsequens non depēdet a futuro p̄tingēti. scz om̄is talis est necessaria. et cui placeret posset predictas consequētiās vocare bonas et consimiles vt nunc. et posset aliquis consequētiās (que sp̄ fuerunt z erunt bone) dicere esse bonas simpliciter. z qui sic vteretur terminis. satis bene posset diuidere consequētiā in bonā. vt nunc z in bonā simpliciter.

Hic diuidit implicite p̄nam in bonā z malā. ostendens p̄mo q̄ requirunt ad bonitātē p̄sequētiā. **D**icēs q̄ ad eā requir̄ q̄ in nullo casu possibile aīns potest esse verū sine p̄sequēte dūmodo manet eadem scatio terminorū. **E**t p̄pter hoc non sequitur. ois hō est animal. ergo tu es animal nec sequitur. tu es homo. ergo tu es coloratus. nec sequitur. deus est. ergo celū est. **N**ec tamen om̄is consequētiā est bona in qua aīns nullo modo pōt esse verum sine p̄sequente. vt p̄ter declarat p̄ quintū notabile. In sexto vero notabili ostēdit q̄ p̄na est vlt̄er bona. **T**unc p̄ter in septimo notabili narrat diuisionē p̄ne z eam reprobat. Sed in octauo notabili ip̄am ad bonū intellectum saluat. vt patet transcurrenti litteram.